

scripta, quibus, illustrato seculo, celebritatem suam ita diffudit, ut gloriam cum universitate rerum æquaverit. At quæ capere mens, nedum enarrare lingua tanta decora potest, quanta ad unum Hominem ornandum illustrandumq; confluxisse novimus? Quid dico Hominem? Certè, si virtutum magnitudinem introspectes, si vim mentis æstimes, & ingenii opera, humanâ quid superius Excellentiam se ingerit, quod DIS proximum dicerem, si liceret humanis Divina miscere. Quantò igitur altiora Viri, heu quondam nostri, fuisse merita recordamur, quantò sublimiorem Præstantiam, tantò plus venerationis & sibi postulant gloriosi Manes, & debere se profitetur, cum Patriâ, cum

B

Aca